

MAREK GENSLER (Łódź)

**GUALTERI BURLAEI ADSCRIPTUS TRACTATUS  
DE PLANETIS ET EORUM VIRTUTE\***

Codices 70 and 74 from Lambeth Palace library are elegant, 15<sup>th</sup> century folio volumes, copied to order, that contain texts of English 14<sup>th</sup> century philosophers, most of them by Walter Burley. Among larger and more important works, already available in critical editions, one can find a small, indeed minuscule, treatise *De planetis et eorum virtute*. The two manuscripts contain the only identified medieval copies of the work<sup>1</sup>, of which not much is known; Burley's authorship was suggested by Weisheipl<sup>2</sup> and has never been questioned. The treatise, however, has no references to Burley as the author in either of the manuscripts (unlike other works in the codices) or to Burley's other works; it is not mentioned in any, either. No suggestion concerning its dating was made by Wood<sup>3</sup>. The analysis of the work allows to put forward a hypothesis that it was written by a mature thinker of considerable erudition both in secular and sacred writing, who may have penned this little text at someone's request; still one can find no cogent arguments for identifying its author with Burley<sup>4</sup>.

The text is not an original contribution to either astrology or physiognomy but rather a popular presentation of existing knowledge of the subject<sup>5</sup>, prepared, probably, for a curious dilettante (perchance a friend or a pupil?). It contains no discussion of arguments, proofs or any form of dialectic reasoning but a short and dry report. The information concerning specific qualities of appearance and character of boys born under the influence of particular heavenly bodies is preceded by and concluded with a proclamation of theo-

---

\* I would like to thank Professor Zenon Kałuża and Mischa von Perger for their comments, which were very helpful in preparing the edition.

<sup>1</sup> Cf. Weisheipl, J. A., «Repertorium Mertonense», *Mediaeval Studies* 31 (1969), 200. There exists a third ms copy of the work: Oxford, Bodleian Library, ms. Rawlinson D. 321, fol. 8–12. It was copied by Thomas Hearne in 1720 from a codex which now is said to be lost. Cf. William D. Macray, *Catalogi codicum manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae pars V*, fasc. III, viri munificissimi Ricardi Rawlinson, I. C. D., codicum classis quartae partem priorem (libros sc. miscellaneos octingentos et sexaginta) complectens, Oxford 1893, col. 163.

<sup>2</sup> Weisheipl, J. A., *op. cit.*

<sup>3</sup> Cf. Wood, R., «Studies on Walter Burley 1968–1988», *Bulletin de Philosophie Médiévale* 1988, 232–250.

<sup>4</sup> Cf. Gensler, M., *Walter Burley on the influence of planets*, forthcoming in: *Medievalia. Textos e estudos*, 23 (2004).

<sup>5</sup> *Ibidem*.

logical opinion rejecting astral determinism. This blend of Ancient tradition and Christian doctrine makes the text an interesting specimen of the Medieval world view.

To facilitate reading the spelling has been modernised. Additions introduced by the editor are placed in square brackets.

Ms Lambeth Palace 74, f. 8va (A), 70, f.147vb (B).

1 <**GUALTERI BURLAEI ADSCRIPTUS TRACTATUS  
DE PLANETIS ET EORUM VIRTUTE>**

f.8va  
f.147vb

Incipit *tractatus de planetis et eorum virtute.*

<Prologus>

5 Sciendum, si quis nascatur in aliqua hora diei in qua dominatur quivis septem planetarum, pronior erit ad bonum sive ad malum secundum influentiam illius planetae in quo natus est, sed tamen nullus illorum septem inducit aliquam necessitatatem. Per liberum enim arbitrium et gratiam Dei et praevenientem et cooperantem bona facere potest homo, et e contra per liberum arbitrium et per concupiscentiam carnis 10 et oculorum habens fomitem peccati in semet ipso mala multa facere quibit. Si quis ergo sciat, in qua diei hora natus fuerit, sequentia legat verba, et in factis suis bonis sive malis verborum sequentium reperire poterit veritatem.

<Cap. I> De situ planetarum in firmamento

Notandum est ergo quod inter omnes planetas Luna infima est. Post Lunam vero 15 situatur Mercurius, post Mercurium Venus, post Venerem Sol, post Solem Mars, post Martem Iovis, post Iovem Saturnus, semper ascendendo.

<Cap. II> De bona influentia planetarum sive mala

Quidam planetae sunt valde benivoli, ut Iuppiter et Venus; quidam vero sunt valde malivoli secundum suas influentias, ut puta Mars et Saturnus. Quidam autem 20 sunt mediocres, ut Mercurius et Luna; Sol quoque inter eos computatur. Unde versus:  
Iuppiter atque Venus bona sunt, Sat Marsque maligni,  
Sol et Mercurius cum Luna sunt mediocres.

Et ecce sicut Sol in firmamento situatur in planetarum medio, sic in microcosmo, id est in minori mundo, qui est homo, cor medium locum tenet.

---

3 tractatus] *om. A* virtute] *legite, quae sequuntur add. A* 8 et] *om. A* praevenientem] pervenientem AB 9 carnis] *cordis AB* 20 eos] *omnes AB* 22 et] *om. B*

9-10 Cf. I Jo. 2,16. 21-22 The verse comes from an almanac by Petrus of Dacia, published about the year 1300, and preserved in a copy at Savilian Library at Oxford. The text is a little corrupt: "Iupiter atque Venus boni, Saturnusque malignus; Sol et Mercurius cum Luna sunt mediocres". Oxford produced many almanacs; for instance, that of John Somers, written in 1380, of Nicolas de Lynna, published in 1386, and others. Cf. [www.thebookofday.com/misc/primitive\\_almanacs.htm](http://www.thebookofday.com/misc/primitive_almanacs.htm). 23-24 The concept of microcosmos was popular in the Middle ages thanks to *Etymologiae* of Isidore of Seville Cf. *Etymologiarum sive originum libri XX*, III, cap. 23, par 2. Cf also D. Garnerii Claraevallis quondam abbatis postmodum Lingonensis episcopi, *Sermones in festa domini et sanctorum*. (Dom Tissier, Bibliotheca Patrum Cisterc., Bonofonte, 1660), tom. III, pag. 75: "A solis autem ortu discite parabolam. Nam sicut sol percurrit zodiacum,

## 25      &lt;Cap. III&gt; De Sole et puero, qui nascitur sub eius constellatione

Sol est mundi oculus, firmamenti pulchritudo, Lunae et aliorum planetarum illuminator, a quo etiam dies accipit suum esse. Nam “nihil aliud est dies quam latio Solis super terram”, a cuius calore mediante humore oriuntur omnia corruptibilia super terram, quia, ut vult Philosophus, homines sine virtute solis non oriuntur; nam “homo generat hominem et Sol”. Sub cuius constellatione nascitur homo benignus, facundus, mansuetus, disciplinae capax, excellentis ingenii, maxime durans, perornatus et modeste loquens, multa bona perquirens, perquisita hilari vultu expendens sine iactantia, multum amabilis, sapiens (sed tamen mulieres nimis amans), cetera tamen omnia cum dulcedine faciens.

35      Signa Solis in humano corpore sunt scilicet facies clara et rubea, os mediocre, labia aliquantulum tumentia et rosea, et totum corpusculum perornatum.

f.148ra

## &lt;Cap. IV&gt; De Luna et puero, qui sub eius constellatione nascitur

Luna est Solis aemula, a Solis radiis illuminata, viantium solamen, maleficiorum reuelatrix. Sub cuius constellatione nascitur homo vagus, multum vigilans, intra se nimis cogitans, incaute loquens, frigore faciliter infirmans, levem causam in gravem trahens, sed et faciliter iniuriam dimittens, non libenter sua participans, argentum multum congregans nec expendens, non sedens vel quiescens sua sponte, animo inconstans et circumquaque respiciens.

40      Signa Lunae in homine sunt haec: I facies pallida et quodammodo ad albedinem f.8vb declinans, os parvum, nasus simus, cito canescens et terrenis rebus inhians ultra modum.

## &lt;Cap. V&gt; De Marte et puero qui sub eius constellatione nascitur

Mars amarus, atrox et malivolus est planeta. Sub cuius constellatione nascuntur reges bellicosi, maledicentes, seditiosi et callidi – quia non faciliter decipiuntur –, sed 50 et laudis cupidi et iactantes, opera propria collaudantes, aliena parvipendentes seu etiam vituperantes. Et pro constanti hoc retine quod quicumque natus fuerit sub Marte, sive rex, sive pauper, ferox et bellicosus erit. Nam “manus eius contra omnes et manus omnium contra eum”.

55      Signa Martis in humano corpore sunt haec: facies nigra et macilenta, os magnum frequenter ad rixas et detractiones apertum, nasus longus et gibbosus. Et hoc pro con-

42 expendens] expediens A    48 et] omisit B    54 nigra] magna B

circuit firmamentum, sphaeram illuminat megacosmi: sic et in microcosmo Sol iustitiae ascendet mentis affectum, accedit cor ad virtutis firmamentum, illuminat sphaeram cogitationum. Homo siquidem microcosmus, id est minor mundus, pro similitudine quam habet cum megacosmo, id est maiori mundo, nominatur”.    27-28 Aristoteles, *Topica* VI, 4,142b 3-4; *Auctoritates Aristotelis*, (ed. J. Hemesse), Louvain 1974, v. 1, p. 329, 97.    28-29 Cf. Aristoteles, *De generatione animalium*, II, 3, 737a 3-6 (transl. Michaelis Scoti): “Calor vero solis et calor animalis sunt in corpore, et non in spermate tantum sed in qualibet superfluitate alia superfluitatum naturae. Et secundum hoc est in isto semine principium vitae. Ex istis ergo rationibus manifestatur quod calor qui est in animali non est ignis neque principium ignis”.    29-30 Aristoteles, *Physica*, II, 2, 194b 13. *Auctoritates Aristotelis*, p. 145, 65.    52-53 Gn 16,12.

stanti tene quod quicumque habuerit nasum longum in medio elevatum sicut aquila sive mulus naturaliter falsus erit.

<Cap. VI> De Mercurio et pueri qui sub eius constellatione nascitur

Mercurius bonus est planeta et cum aliis bonis planetis concordat. Sub cuius constellatione nascuntur philosophi omnium artium liberalium, scientiarum cupidi, nascuntur etiam laici mechanicarum artium valde docti. Nam Mercurius facit homines sub eo natos superbos, facundos, boni ingenii et etiam bona memoriae, mobiles et leves, in diversas regiones proficiscentes, ut semper nova possint discere et prius inaudita. Facit quoque Mercurius homines suis propriis consiliis credentes, aliorum consilia respuentes. Facitque homines multa perquirentes et libentissime | f.148rb excedentes.

Signa Mercurii in corpore humano sunt haec: facies clara et pulchra et de facili rubea, labia grossa et tumentia, dentes aequales, oculi nigri, nasus directus non gibbosus; sed et mulieres amore nimio amabit.

70 <Cap. VII> De Iove et pueri qui sub eius constellatione nascitur

Iuppiter est planeta bonus et serenissimus ad omnia salutaris et amoenus. Sub cuius constellatione nascitur homo religiosus et sanctus, cuiuscumque fuerit conditionis. Facit enim Iuppiter homines largos, hilares et audaces, multum amabiles atque gratiosos, nexus veneris naturaliter appetentes, sed voluntate castitati spiritualiter adhaerentes, vix tum ad saevium pervenientes.

Signa Iovis in corpore humano sunt haec: facies subrisa, clara, oculi circuivi, dentes inaequales et divaricati, nasus directus non gibbosus; incessus cum modestia temperatus.

<Cap. VIII> De Venere et pueri qui sub eius constellatione nascitur

80 Venus est stella lucidissima et inferioribus propitia, temperate frigida et humida. Sub cuius constellatione nascitur homo formosus, luxuriosus, iocosus et gaudens, diversa genera instrumentorum appetens, ut organa, citharam et lyram et tubas buccinantes. Eritque homo ille deliciosus et nobiles gestus amans et erit appetens laudem vanam. Eritque multum irascibilis et faciliter dimittens et propriis consiliis plus quam alienis credens. Praeterea, si dives fuerit, facultates multas pauperibus erogabit, si vero pauper fuerit, misericordiam, quam non potest opere, bona voluntate et compassionem fortiter adimplebit. Item, largus erit valde plus cum pauperibus quam divitibus; et erit boni ingenii, illud tamen quod didicit faciliter dabit oblivioni. Quidquid tamen addiscere poterit cunctis volentibus gratis participabit.

90 <Cap. IX> De Saturno et pueri qui sub eius constellatione nascitur

Saturnus est planeta obscurus et malivolus, frigidus atque siccus. Sub cuius constellatione nascitur homo timidus et amarus, aliud in corde aliud in ore habens. Eritque homo ille invidus atque tristis, proditor et solitarius, pauca et maliciose

60 artium liberalium] *om.* AB 63 discere] dicere B 80 humida] *lege capud* (sic!) sequens add. *Manus recentior in marg.* B 81 formosus] sed add. A

loquens, sed et cum bona loquendo simulat, mala callide pertractat, et quod pessimum est faciliter offenditur et de difficili placatur. Item, de difficili scientiam concipit, et cum scientiam habuerit non de facili amittet.

<Epilogus>

Omnis ergo sciens, sub qua constellatione natus fuerit, consiliis meis adquiescat. Si sub bona constellatione natus fuerit, gaudeat et bona l faciet indefesse; si vero sub f.148va  
100 malivola constellatione natus fuerit, a malo ad quod pronus est, declinet et firmiter bono incommutabili adhaereat. Quod si fecerit, praemia digna a bono Deo suscipiet, scilicet vitam aeternam. AMEN.

Explicit *tractatus de planetis et eorum virtute.*